



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/292730>

19

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO.

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**ARNOLDUS PHILIPPUS THEODORUS EYSSELL,**

Haganus.

A. D. XVIII M. JUNII A. MDCCCLIX, HORA III.

ROTERODAMI,  
APUD: OLDENZEEL.  
MDCCCLIX.



# THESES.

---

## I.

Non probant L. 13, § 1, L. 14 D. de Cond. indeb. conditionem indebiti hoc niti principio, neminem cum alterius detrimento et injuria fieri debere locupletiores.

## II.

Contra Virum Clar. v. Vangerow (Leitf. § 76 Anm. 2 n<sup>o</sup>. 2) contendo L. 26 pr. D. de cond. ind. non ad usuras errore solutas pertinere.

## III.

Minime probat L. 94 § 3 D. de solut. eum, qui post impletam naturalem obligationem creditorem convenit naturalem, tantum ope exceptionis repelli posse.

## IV.

Pro judicato videtur posse usucapi.

## V.

Falso Vir Cl. Mühlenbruch (Pand. § 289) in servitute suscipienda requirit bonam fidem.

## VI.

Non oritur ipso jure communio fructuum atque reddituum exclusis cum communione legali bonorum tum communione lucri damnique.

## VII.

Superficiarius superficiei non est dominus.

## VIII.

Qui sciens indebitum solvit ea mente ut postea repeteret, nec in nostro jure repetere potest, nisi sic solverit ut, si apparuisset esse indebitum, reddatur.

## IX.

Si quis satisfecerit sententiae, qua ad debiti solutionem condemnatus est, hanc impugnare non potest prolata probatione debiti jam antea soluti, nisi ex articulo 382, 8<sup>o</sup>. Codicis de meth. proc.

## X.

Qui conditionem indebiti instituit non ulteriore probatione liberatur si, reo omnino solutum esse negante, solutionem factam probaverit.

## XI.

In definiendis contractibus aleatoriis art. 1104 Codicis Napoleontici, non ejusdem Codicis art. 1964 in nostrum Codicem Civilem recipiendus fuisset.

## XII.

Reus, qui ex art. 152 Codicis de meth. proced. cau-

tionem judicatum solvi ab actore peregrino exigit, ut ipse Belga sit non opus est.

### XIII.

In divortii judicio secundum artt. 816—828 Codicis de meth. proc., citandi licentia ab actore impetrata, non sufficit ut reo libelli supplicis exemplar insinuetur, sed libello conventionis in quo satisfactum sit praecepto articuli 5, n°. 3 ejusdem Codicis opus est.

### XIV.

Societas innominata extera apud nos actionem instituere potest.

### XV.

Cum creditores, appellatione instituta de sententia, qua iudex iis negavit ut mercator aliquis foro cessisse diceretur, viccrunt, mercator ille Curiae arresto sese opponere non potest.

### XVI.

Melius nostra Lex fundamentalis statuisset, administrum regis in Ordinis Generales adlegi non posse.

### XVII.

Egregie Vir Clar. de Bosch Kemper (Handl. tot Staatsr. en Staatsbest. p. 184) de delegatorum relatione de legis specimine Ordinibus generalibus oblato (verslag van rapporteurs): „Een zelfstandig rapport dat tot aanneming, wijziging of verwerping aanraadt, is verre te verkiezen boven een rapport, dat tegenstrijdige gevoelens opneemt,

en de openbare beraadslaging tot een spiegelgevecht verlaagt, nadat de eigenlijke strijd in de sectien is gevoerd."

### XVIII.

Contra arresta Curiae supremae dd<sup>is</sup> 18 Jul. 1845 et 24 Febr. 1846 defendo, Codicis Poenalis de vulneribus sanctiones non pertinere ad vulnera in certamine singulari illata.

### XIX.

Contra Virum Ampl. Hello (du Régime constit. I, 231) improbo sententiam: „la provocation par une des voies, qu' indique la loi de 1819, constitue la complicité, qu'il y ait ou non rapport personnel entre l'auteur de la provocation et ceux qui ont commis le crime."

### XX.

Assentior Clar. Viro Rossi (Traité de droit pén p. 380) statuenti: „Pour certains crimes du moins, et en particulier pour ceux qui sont punis de mort, il est sage d'accorder une diminution de peine à celui, dont l'attentat n'a pas eu l'effet qu'il en attendait."

### XXI.

Recte Codex noster Quaestionum criminalium jusjurandum in praevia delictorum cognitione abrogavit.

### XXII.

Antequam mercator a judice non solvendo declaratus sit, non potest ministerium publicum fraudem ejus persequi.

## XXXIII.

Contra legem in Gallia anno 1825 de piratis latam assentior Bynkershoekio (Quaestt. jur. publ. L. I. c. 17) piratis adaequandos non esse eos, qui pluribus litteris patentibus (dobbele Zeebrieven, ut ait) utantur.

## XXIV.

Hoewel het waar is, dat, wanneer men werkzaamheden, die elkander moeten opvolgen, in elkanders nabijheid doet plaats hebben, men daardoor voordeeliger uitkomsten verkrijgt, moet toch zoodanige poging niet als vereeniging tegenover verdeeling van den arbeid worden gesteld.

## XXV.

Bij inwisseling van papierengeld, hetwelk geruimen tijd in omloop is geweest tegen eenen koers beneden de nominale waarde, vordert de regtvaardigheid niet volledige vergoeding.



1918